

refrigerans corpus sedebat apud fontem. **A**d tertium est dicendum quod laborare manibus est preceptum nature in casu naturali et spirituali. Naturali quidem ut si homo non haberet aliunde necessaria vite teneret sibi victum per suum laborem parare. In casu vero spirituali explicito primo propter furta non committenda. Secundo propter aliena non rapiscenda. Tertio propter oia vitanda. Primo modo laborare manuum precepit apostolus ad ephesios iiiij. Secundo prima thessalonicensium iij. Et tertio iij thessalonicensium ultimo.

Questio Septuagesimanona de propriitate

Deinde videndum est de propriitate. Circa quod querunt quatuor. Primo utrum christus habuerit aliquid proprium. Secundo utrum christus aliquid habuerit in communi. Tertio utrum christus res sibi oblatas possideret in proprium. Quarto utrum christus verum sibi possessorem habuerit dominum et non usum tantum.

Ad primum ergo sic procedit videtur enim quod christus habuerit aliquid proprium. Super illo verbo lucę iij. Neueri sunt in galilea civitate sua nazareth. De glosa. quod in nazareth erat proprium habitaculum christi marie et ioseph. habere autem propriam domum est habere aliquid proprium. Sicut christus in hereditate paterna succedebat patri iuxta illud lucę iij. Nescitis quod in hijs que patris mei sunt oportet me esse. sic in hereditate materna succedebat matri. sed mater aliquid proprium habebat cum ex stirpe regali orta erat. ergo similiter christus. Antequam christus inciperet predicare non poterat de elemosinis vivere. quod ex quo spiritualia non seminabat non poterat de iure carnalia metere. ante ergo christus annos christus aliquid proprium habuit. quod ante tale tempus predicare non incepit.

In peritium est quod christus incepit facere quod dicitur. Sed matthę x. Mandatum non esse possidendum aliquid proprium non aurum non argentum non pecuniam in zonis. R. dicendum quod proprium potest quantum ad presens dupliciter accipi. Primo ut opponit fraterne caritati. Secundo ut opponitur vite communitati. primo nam quod modo habere aliquid proprium est avarorum. Secundo modo habere aliquid proprium est laicorum. Primo namque modo accipit Augustinus proprium lucę xvi super illo verbo. Non quidem erat dives qui induebat purpura et bisso. dicens quod dives ille non est dampnatus quod rapuerit aliena. sed quod sua propria lazaro pauperi non erogavit. Secundo modo accipitur proprium actus iij. ubi dicitur. quod nec quisquam eorum qui possidebat proprium aliquid suum esse dicebat. sed erat illis omnia communi. neutro autem modo christus habuit aliquid proprium quod paupertate elegit in egressu. in egressu. Et in eius egressu. Ab exordio enim introitus eius in mundum. pauperem elegit matrem. pauperem patriam. unde in capitulo ephesim Galii sic scribitur. Erponat tibi venerabile presepem pauperum habitaculum christi qui dicit celum vide presepem sedentis super cherubim. vide panem involutum qui pelagus arene pervenit. vide de oris paupertatem. divitias eius sursum conversa. In eius vero egressu servavit paupertatem. super illo verbo matthę viij. Dulces foveas habet